



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XIX. Gaudemus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

424 Decret. Gregor. Lib III. Tit. XXXII. Cap. XVII

in c. 2. juncta Glossa. causâ 33. q. 5. & re-
cte egit conjux, quando in hoc casu è mo-
nasterio exiit, & habitum abjecit, uti no-
rat Abb. hic n. 2. & pluribus refert, ac se-
quitor Sanchez l. 7. de Mat. 34. n. 15.

Nec obstabat Marito in casu hujus cap.
quòd uxor dñi tacuerit, & maritum non
revocârit; nam in casu adeò præjudiciali,
taciturnitas, & dissimulatio, præfertur
quando vis & coactio antecedit, non habe-
tur pro consensu aut licentiâ data.

CAPITULUM XVIII.

Significavit.

PARAPHRASIS.

Rescrit Pontifex, uxorem, quæ post li-
centiam ingrediendi Religionem marito
datam votum continentia perpetua e-
misit, cogi non debere intrare Monaste-
rium, si sit ætatis non suspecta.

SUMMARIUM.

*An sibi possit ingredi monasterium u-
xor, si post ingressum viri & votum
continentia a se factum, non conti-
nenter vivat?*

Notandum unicum. Si uxor dans li-
centiam marito Religionem ingredi-
dis senex sit, ita, ut de incontinentia ejus
non sit suspicio, non cogitur monasterium
ingredi; satis est, si ipsa perpetua conti-
nentia votum coram Episcopo edat. Ita
hic & in cit. cap. ad Apostolicam 13. hoc tit.
Dubium est, si in casu hujus cap. mulier,
quæ continentiam perpetuam coram Episco-
po vovit, postea non vivat continenter,
num ad monasterium compellenda sit, fal-
tem, ut pœnitentiam agat? Affirmat Abb.
in cit. cap. ad Apost. in fine Ioan. hic, & alij,
quos refert, & sequitur Sanchez lib. 7. mat.
A. 32. Respondeo, & dico 1. Simulier se-
nex conscientia juris sit, tunc dando licentiam,
cenetur se obligare ad Religionem ingre-
diendam, nisi in sæculo perpetuam conti-

nentiam servare velit; quare si inconti-
nenter vivat, præfertur post monitionem, al-
monasterium compelli potest. Ita Glossa
v. totalis etatis, & alij apud Innoc. in fa-
argu. cap. qui uxorem 10. causa 33. q. 1.

Dico secundò. Si mulier conscientia
non sit, neque de hoc certificetur, cum
non potest ad Religionem ingredientur,
quia ad Religionem nemo ordinari com-
pellitur, nisi expresse, aut tacite promis-
cit. argu. cap. integritas 13. causa 32. q. 1.

1. Quod verò in monasterium inducatur
sit ad agendum pœnitentiam, id collig-
tur quidem ex cap. sequente, sed hodie tem-
pore in usu non est, cum præfertur difficult-
tem, & plerumque ipsi eriam monasterio
onerofam executionem habeat; impinge-
ratim dicendum, quòd in tali casu Epis-
copi providentiam spectet, ut mulier in
loco collocetur, ubi honestè, & convenienter
vivat.

CAPITULUM XIX.

Gaudemus.

PARAPHRASIS.

Mulieres, quæ relicto maritali thoro adul-
teræ factæ sunt, si earum mariti, pol-
quam ab Episcopo moniti sunt, diger-
ter eas ad meliorem vitam conveleant
cipere propter Deum noluerint, inde
stris cum mulieribus Religiosis ad vo-
petuam agendum pœnitentiam, per Epis-
copum collocandæ sunt.

SUMMARIUM.

1. *Maritus an possit relinquere uxori
adulteram?*
2. *Quid, si eam reliquit, & recipi
nolit?*

Notandum primò. Maritus innocentia
ab uxore adultera, cognito adulterio,
separare se potest, neque eam eriam em-
datam recipere tenetur, quamvis laudabile
opus charitatis sit, si post emendationem

recipiat, quare ad hoc admonere debet Episcopus, sed non compellere. De hac regi lib. 5. t. 10. p. 3. c. 7. n. 7.

2. Notandum secundò. Si maritus innocens conjugem adulteram recipere nolit, uxor in monasterium includenda est, ad agendum penitentiam. Ita etiam statutum est civili jure *Authent. sed hodie Cod. ad Legem Iustiam de adult.* sed hodie fermè non obseratur, ut dixi in e. præcedente.

CAPITULUM XX.

Dudum.

PARAPHRASIS.

Pontifex mulierem quandam, quæ cum licentia matiti Religionem professa fuerat, ab impetitione ejusdem viri (qui in seculo manens castitatem & ipse vovit) penitus absolvit, quamvis diceret, se illius aetatis esse, ut sine suspicione incontinentia in seculo non possit vivere.

SUMMARIUM.

1. *Conjuges ex mutuo consensu continentiam vovere possunt.*
 2. *Quis conjugibus converti volentibus possit præcipere votum continentia?*
 3. *Quid agendum, si conjux repeatat conjugem?*
- N**Otandum primò. Conjuges mutuo patto continentiam vovere possunt, renunciantes omni juri conjugali, quod invitem habent, ita tamen, ut vinculum conjugij substantialiter constat, sed separatio tantum fiat quoad thorum. De hoc dixi in *t. Chariss. 10. hoc tit.*
2. Notandum secundò. Sacerdos tanquam publicus Ecclesiæ minister præcipere potest conjugibus, converti volentibus, continentia votum; sed videtur hoc propriè spestate ad Episcopum, ideoque faceretatem hic præcepisse, tanquam Episcopi vices subiungit, ut colligitur ex cap. significavit is. hoc tit. & necarunt *Hof. Abb. n. 10. Ioannes And. c. 2. de usuris in 6.*

Notandum tertio. Maritus, si recedens tem à se uxorem restituì sibi perat, tanquam spoliato, at verò uxori recedens opponat exceptionem renunciationis, & voti continentia, præsertim solennis, atque probations in continentia faciendas offerat, restituì non debet repetenti, sed priùs causa examinari, & cognosci; idque propter periculum prævaricationis voti; maximè, si conjux, aut quæ repetitur, Religionem ingressa sit. Ita *hic Ioan. And. c. 2. & constat ex dictis.*

CAPITULUM XXI.

Mulier.

PARAPHRASIS.

Maritus in infidelitatem seu hæresin lapsus est, uxore persistente in fide; idèo ea per judicium Ecclesiæ à viro separata est; postea ipse ad Fidem Catholicam revertitur, & uxorem postulat: hoc in casu uxori, etiam nolente marito, Religionem ingredi potest.

SUMMARIUM.

Non datur obligatio reddendi debitum conjugi Hæresis damnato.

NOtandum. Si conjux in hæresin lapsus judicio Ecclesiæ damnatus est, absolvitur conjux innocens à debiti conjugalis redditione. *argum. c. ult. de haret. in 6. & habetur in c. filie in 6. de divorcijs, ubi distinguitur nam sententia, seu judicium Ecclesia latum sit, nec ne: si latum, & ob id innocens, seu fidelis conjux se separavit, non cogitur recipere reversum, ac pœnitentem conjugem, cum hæc sit una ex pœnis inflicta ob hæresin, ut alios ab obligatione, quam erga hominem habent, liberet e. ult. Si vero sententia non sit lata, reversum ac pœnitentem recipere cogitur. Ita etiam intelligi posse videtur *Inn. hic & Abb. contra Gloss. V. judicii Ecclesia, & alij apud Sanchez l. 10 de matr. c. 15. Vide, quæ dixi lib. 5. tra. 10. p. 3. q. n. 10. & dicentur in cap. de illa.**

Hhh

TITUL.